Tum liceat praelibatis ... vadiisque triplicatis super bonis praefatis per ... et recuperare, toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, eliberare, evincere, bonaque praefata munda et libera facere, Nec debet idem Andreas Podhorodeczki cum suis successoribus eidem Lucae Podhorodeczki et eius posteris in dictis bonis modo praescripto inscriptis in toto et in minima parte tam per se et submissas personas tam iure quam iure in iudicio, aut quovis modo quaestionare possent praepedire et adimere sub damnis ... ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento taxan. Nihilominus praefatus Andreas Podhorodeczki se successores suos in et super omnibus bonis suis nunc et in post habitis et habendis eidem Lucae Podhorodeczki et eius posteris obligat et inscribit ... donationis inscriptionem ex his actis Castren Premislien ad acta terrae Premislien ante decursum unius Anni transferre transportare, similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere, sub similibus damnis ... Pro quibus quidem damnis ... bus ex quacunque re et causa succrevit et succumbent, si se praefatus Andreas Podhorodeczki cum suis successoribus eidem Lucae Podhorodeczki et posteris eius ad iudicium Castren Premislien citare permiserit, Exemptione obmissa suo quovis proprio et competenti foro, Coram iudicio praefato Castren Premislien Cui se (Actis praesentis respectu) cum bonis et successoribus suis quoad respondendum subiicit et incorporat, in primo actionis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefatis damnis ... ab iudicio illo ad quod ... citabitur non recedendo, verum ipsa toties quoties opus fuerit praefato Lucae Podhorodeczki et posteris eius satisfacere tenebitur et successores eius tenebuntur. Nullo termino ordine praemissorum vera vel simplici infirmitatibus, Actione pro maiori, Iuris quibusvis regalibus, Statutis et constitutionibus regni nonnis et aliquis laudatis et laudandis, Motionibus, Appellationibus, Contraversiis suspensionibus ... Evasionibus omnibusque quibusvis dilationibus quae praesentem possent inscriptionem donationis retorquere, renunciando, quas successorum ... sub amissione totius causae, Nulla praesenti inscriptione iuris in praemissis obstan. Quod memoriali firmatum est.

Droholowski ttr Ustriczki

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Premislien Generosus Kilianus Droholowski a Droholow, A terris et bonis, iuribusque suis quibusvis propriis recedendo, praesentis vero iurisdictioni Castren Premislien in tanto quo ad actum et effectum totius inscriptionis praesentis subiiciendo se successores bonaque sua omnia incorporando, mente et corpore sanus existens, palam publice recognovit et fassus est, Quia nobili Iwan Demianowicz Ustrziczki et successoribus eius summam veram Centum triginta quinque flor. pecuniae monetae et numeri polonici quemlibet flor. triginta grossis polonicis computando certi veri et liquidi debiti, mutuatique pecuniae tenetur et est debitus, Quam quidem summam supranominatam idem Droholowski se successores suos in et super bonis suis obligat et inscribit eidem Ustrziczki et successoribus eius pro die et festo Conversionis sancti Pauli Apostoli proxime, dare, solvere, reali tenereque hic ad acta praesentia reponere, respositam, nec per se nec per quasvis subtractas personas ... [illegible] aut quovis modo ... sub vadio simi

lis summae Centum triginta quinque flor. pecuniae in casu non solutionis eiusdem summae pro tempore suprascripto solutioni assignatis eidem Ustrziczki et successoribus eius et eidem Droholowski ad posteros eius ad solvendum ... succumbere. Quod vadium nullo decreto officii ... summae capitali et essentiali debiti redebit et connectetur Sicque summa praemissa ad vadio simul iuncti ... Ducentor septuaginta flor. ... in et super bonis omnibus mobilibus et immobilibus praefati Droholowski ex tendetur et extendi debet. Insuper praefatus Droholowski se successores in et super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus eidem Ustrziczki et successoribus eius obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis Castren Premislien ad acta terrae Premislien ante decursum unius Anni transferre et transportare, similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub vadio simili Centum triginta quinque flor. pecuniae monetae et numeri polonici Pro quibus quidem vadiis cum summa essentiali iuncti, ex quacunque re et causa succumbere subibit et succumbent, si se praefatus Droholowski cum suis successoribus eidem Demianowicz Ustrziczki et posteris eius citare permiserit Exemptione obmissa suo quovis proprio et competenti foro Coram praefato officio Castren Premislien. Cui se, (Actis praesentibus respectu) cum bonis et successoribus suis subiicit et incorporat quoad respondendum pro praemissis in primo citationis termino tanquam peremptorio, quem sibi et suis posteris omni die et tempore facit et constituit peremptorium, stare parere, respondere ac pro praefatis vadiis summaque essentiali simul iuncti, ab officio illo ad quod citabitur non recedendo satisfacere toties quoties opus fuerit eidem et posteris ... tenebitur et successores tenebuntur, Termini Ustrziczki et successoribus eius ipsum primum peremptorium et alios subsequentes, nulla re excogitata vel excogitanda, vera vel simplici infirmitatibus, Actione pro maiori, Libertatis vestitae, Bello, expeditione bellica, incursu hostium, Arma pestis ..., Servitio Militari, Reipublicae et Sacrae Regiae, etiam extra regnum, absentia a regno, Statutis et constitutionibus quibusvis nonnis vel antiquis, laudatis et laudandis, Ad quietationem de praesenti inscriptione dictam non petendo, Ad ... si quam vel quas habere potuerit non ... , Mala citatione et intempestiva illius positione, Mala in libro ... recipiendo, Mala actione et ... ignorantia actionis ac termini, ... deminatione, malo processu iuris, ignorantia actionis ... quae nihil ... omnibus appellationibus ... quae ... prorogatione, Quae nihil certi quae in ... summa parantur sive illud sit ... ad auxilium contra inscriptionem praesentis ... et ... emanatis et ... deserto, renunciando, quas successorum sub amissione totius causae et ... praefatorum vadiorum, quo vel quibus ... satisfacere cum suis successoribus ... Ustrziczki praesenti ... in earum ... satisfacere ... renunciabitur. Nulla praescriptione iuris in praemissis obstan.

Moczarski ttr Ustriczki

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Premislien Nobilis Iwan Moczarski ... certorum bonorum in villa Stanawa ad Capitaneatum praesentem

692

~~694~~

~~695~~

693